

* Diese Ausg. 00 g
gg

P. B. A. M.

I. N. 3.
DISPUTATIO PHILOSOPHICA,
de
VERITATE
ET IIS, QVÆ AB EA DENO-
MINANTUR,

Quam
PRÆSIDE
M. FRIDEMANNO Bechmann
Log. & Met. P. P.

Examini publico exponit
SALOMON CELLARIUS KIRCH-
hassellensis Schwartzburgico-
Thuringus.
In Auditorio Philosophorum
ad diem Jan.

JENÆ,
Excudebat GASPARUS FREYSCHMID.
ANNO
M. DC. LVII.

8.

A M V
DISPUTATIO PHILOSOPHICA
AERIGIATE
ET IN GVAE AB EA DENO.
MINANTUR
PRESIDE
M. FRIDEMANNUS &c
Tog. 8 Mec. 9.6.
Exameni publico exhibetur
Hellenius Sculpsimus
TPniculus
In Audentiori P. P. P. C. M.
ad dictum Iur.
Exemptus CASTARUS FREYSCHEID
Anno
M. DC. FAV.



in hisq; membrisq; misi occupat huiusmodi aut q; membris
aut sibi in membris. **I. N.** **J.** **C.** **D.** **E.** **F.** **G.** **H.** **I.** **K.**
nam illi in eis innotescit in membris suis & in sibi.
DIV. **F.** **O.** **N.** **P.** **R.** **S.** **T.** **U.** **V.** **W.** **X.** **Z.**

Q. **U**m de veritate quædam publicæ disquisitioni
subiecte constituerimus, imprimis tollenda erit
ambiguitas, quæ latet in voce Veritatis. Non au-
tem veritatem sumimus in eâ significatione, in
qua accipitur ab Aristotele lib. 4. Nic. c. 7. à quâ quis dicitur
ἀληθευτικός καὶ τῷ Βίῳ καὶ τῷ λόγῳ, τὰ γράφοντα ἐμολογῶν
εἶναι αὐτὸν, καὶ στέμενός, στέλλατός verax (ut Averroes
in Comment. add. I. reddit) in modo suo vivendi & in dicto:
& confitetur hoc, quod in ipso est, praterquam addat in hoc, aut
diminuat. &c. Considerabimus g. imprimis h. l. veritatem,
prout de eâ loquitur Aristoteles lib. de interpr. c. 1. s. 5. cum διδ.
inquit, εἰ τῇ Φυχῇ ὅτε μὴ πόνηται ἀνευ & αὐτευκανή Φεύδεσθαι, ὅτε
δε οὐκ ὡραίαν τάπαν γράφειν δέρεται. In animâ est interdum
intelligentia veri vel falsi expers: interdum vero cuijam necesse
est alterum horum inesse. & lib. 6. Met. 2. t. 8. ubi testatur, bo-
num & malum in rebus esse, verum & falsum in intellectu.

II. Communiter autem hæc veritas definitur, quod sit
conformatas intellectus cum re. Hæc vero definitio, quomodo
intelligatur, controversiâ non caret, cum de singulis defini-
tionis verbis dubium esse possit. Primo g. not. quod per
intellectum i. h. l. non intelligatur facultas animæ ratio-
nalis, in quâ acceptione de intellectu loquitur Aristoteles
lib. 1. de anim. t. 47. lib. 3. de an. t. 150. ibid. c. 4. t. 3. ibid. c. 10.
t. 49. & alibi passim. Cum enim intellectus pro facultate
acceptus sit nihil aliud à parte rei, quam ipsa substantia ani-
mæ rationalis: inter substantiam verò animæ rationalis,

A. VI

A

quæ

quæ immaterialis est, & res, quæ plerumq; materiales sunt,
nulla detur conformitas, manifestum est, h. l. conformi-
tatem ipsius intellectus quoad suam substantiam spectati
cum rebus non intelligi: imo, licet inter ipsam intellectus
substantiam & rem interdum sit conformitas, in illâ tamen
conformitate veritatem consistere, dici non potest. Vid.
Durand. qui I. dist. XIX. q. V. ait: advertendum est, quod hoc
non sit intelligendum de conformitate & rei secundum illud, quod
sunt essentialiter, quia intellectus secundum illud, quod est essen-
tialiter, non habet aliquam conformitatem vel adequationem
cum re extra, imo magnam disformitatem, cum res extra sit
quandoque corpus, intellectus autem non, sed spiritus: aut si ali-
qua sit conformitas, non consistit in illâ veritas, quia cum illa at-
tendatur secundum naturam rerum, equaliter potest esse inter
intellectum & res, quas nunquam intelliget vel intellectus, sicut
inter intellectum & res, quas intelligit, veritas autem non est
sine cognitione &c. Neque 2. accipitur h. l. intellectus pro
substantia intelligentie infinita s. Deo, quomodo de intellec-
tu loquitur Aristoteles 12. Met. 9. Neque 3. pro habitu prin-
cipiorum, quô sensu de eô loquitur Aristoteles lib. 6. Eth. 6.
Sed 4. sumitur pro conceptu intellectus, ut sensus sit: Ve-
ritatem esse conformitatem conceptus intellectus cum re.

III. Est autem conceptus duplex, *formalis* & *objectivus*. Formalis dicitur ipse actus intellectus, quô intellectus
rem aliquam seu objectum cognoscit: appellationis hujus
rationem vide apud Svar. d. Metaph. II sect. I. n. 1. Conceptus
objectivus dicitur res prout ab intellectu apprehenditur vel
cognoscitur, & ex Averroë vocatur alias intentio intellec-
ta: rationem cur conceptus objectivus ita dicatur, vid.
apud eundem Suarez d. I. Uter conceptus in definitione in-
telligendus sit, controversia est inter autores, ut ex scqq. pa-
gebit.

IV. Ar-

IV. Antequam vero hæc redispiciamus, reliquas definitionis particulas considerabimus: dicitur autem, quod veritas sit conformitas intellectus, h. e. ut jam dictum fuit, conceptus intellectus. Cum autem vox conformitatis non uno modō dicatur, iterum dubium esse potest qualis requiratur conformitas conceptus intellectus cum re, in quā consistere dicitur veritas. Duplex autem (quod ad præsens attinet) datur conformitas, 1. in essendo, qualis est inter res ejusdem essentiae, ut inter duos Angelos. 2. in representando, cum unum repræsentat alterum, ut in se est: dicendum g. quod h. l. non intelligatur conformitas in essendo, quasi veritas sit conformitas in essendo inter intellectus conceptum & res ipsas: nam plerumque vel ob rerum materialitatem, vel ob aliam causam inter conceptus intellectus & res ipsas nulla datur conformitas in essendo: imò quamvis interdum detur hujusmodi conformitas inter conceptus & res ipsas, in illa tamen non consistit veritas, id quod nisi res manifesta esset, fusius ostendi posset. Intelligenda g. est conformitas in representando, ut nempe conceptus intellectus habere dicatur conformitatem cum re, quando eam repræsentat ut in se est.

V. Tandem cum dicitur, veritatem esse conformitatem intellectus cum re, quæstio esse potest, quid per rem intelligatur? Potest autem hæc vox duplēm (quod præsentem concernit materiam) habere significationem, i.e. nimirum sumi potest pro cō, quod existit in rerum naturâ nomine cogitante, quā ratione cōclum, terra, homo &c. possunt dici res. 2. accipi potest prout opponitur conceptui, & est id, quod concipitur vel concipi potest. Quibus præmissis, dicendum est, rem hoc loco sumi non priori, sed posteriori modo. Quod autem priori modō hīc non sumatur, vel exinde manifestum est, quia conceptui, qui nulli rei

A 2 existenti,

existenti, sed non enti' vel. enti rationis respondet, inesse potest veritas, qualis est iste: lapis ligneus est non ens. Sumitur ergo posteriori modō, ut sensus sit: veritatem esse conformitatem conceptus cum eo, quod concipitur.

VI. Quia §. 3. dictum fuit, quod duplex sit conceptus, *formalis* & *objectivus*, controversia iam est in cuius conceptus (an *formalis* an *objectivi*) conformitate cum re consistat veritas? Durandus I. sent. dist. XIX. q. V. statuit, veritatem esse tantum conformitatem conceptus *objectivi* cum re, nullō modō autem conformitatem conceptus *formalis*. Verba ejus d. l. n. XII. sunt: Dato quod res representetur secundum actum intelligendi solum, & non per aliquid prius, & quod representatio sit ipsam et cognitione, adhuc conformitas in representando vel in agnoscendo non attenditur secundum aliquid, quod sit subjectivè in intellectu, sed potius objectivè, quia conformitas in representando vel cognoscendo præcisè consistit in hoc, quod representans vel cognoscens representat vel cognoscit rem sic esse, sicut ipsa est, sed talis conformitas attenditur solum secundum id, quod se habet objectivè in intellectu. E. &c.

VII. Ex hisce quæ sit mens Durandi, abundè perspicitur. Ut autem res clarius proponatur, argumentum ex adductis verbis formari potest tale: Si conformitas in representando (de quâ h. l. est sermo) vel cognoscendo præcisè consistit in hoc, quod representans vel cognoscens representat vel cognoscit rem sic esse, sicut ipsa est, sequitur, quod veritas sit conformitas tantum conceptus *objectivi* cum re. Antecedens est verum. E. consequens. Consequentia ex adductis verbis potest probari, quia enim in definitione veritatis per conformitatem intelligitur conformitas in representando, conformitas autem in representando non datur nisi in conceptu *objectivo*, ultrò sequitur,

sequitur, quod veritas sit conformitas tantum conceptus objectivi cum re. Quod autem conformitas in representando, quando scilicet cognoscens rem cognoscit sic esse, sicut ipsa est, spectet saltem ad conceptum objectivum, id probat Durandus exinde, quia cum dicitur, quod intellectus intelligat rem si esse sicut ipsa est, SIC ET SICUT non sunt conformitatis predictae, in qua formaliter consistit veritas: sed SIC ET SICUT sunt ibi conditiones objecti ET non ipius actus intelligendi: non enim est sensus, quod actus intelligendi sic se habeat ad intellectum, in quo est subjectivum, sicut se habet res intellecta ad suum esse reales, quia hoc esset falsum; sed est sensus, quod res intelligitur sic esse sicut ipsa est, ita quod conformitas est inter esse apprehensum ET esse in re. Et c.

¶ §. VIII. Ibid. ait Durandus: Licet res non sit apprehensa nisi per actum, qui est in intellectu subjectivum, tamen esse apprehensum dicit conditionem dominantem objectum ET non intellectum, nec actum intelligendi, quia intellectus ut sic non est apprehensus, sed apprehendens, nec intelligere est apprehensum, sed apprehensio. Et c. Ex quibus verbis secundum argumentum presentientiam Durandi potest extrui h. m. Quicquid non est apprehensum, ut scilicet in te est, illi non competit conformitas, in qua consistit veritatis ratio: Atque intellectus vel actus ejus non est apprehensus, ut scilicet in se est. F. intellectui vel actui ejus non competit conformitas, in qua consistit veritatis ratio. Major faciliter potest probari, quia quicquid non est apprehensum ut in se est, illud rem ut in se est, non potest representare, & per consequentiam cum re non habet conformitatem in representando. Minor quoque certa est, cum neque intellectus, neque actus ejus apprehensus dicatur, ut habet Durandus, sed intellectus apprehendens, actus autem apprehensio.

IX. Tertium argumentum pro sua sententia Durandus

Durandus proponit his verbis : *Illud est verum formaliter, quod significatur per propositionem veram: Sed objectum intellectus enunciativè sumtum significatur per propositionem veram. Et veritas est formaliter conditio objecti intellectus, & non alicuius existentis subjectivè in intellectu.* Majorem probat, quia signum non dicitur tate, nisi quia significat illud, quod est tale formaliter, sicut urina non dicitur sana, nisi quia significat sanitatem animalis, que est formaliter sanitas. Et idem dicitur de propositione, que non dicitur vera, nisi quia significat illud, quod est formaliter verum. Minor, inquit, de se patet, quia proposicio vera non significat nisi illud, quod est enunciativè apprehensum per intellectum tq. ejus objectum &c.

X. Antequam autem ad alteram sententiam procediamur, notaandum, quod Durandus, dum hanc suam sententiam proponit, duo agat, 1. ostendit, quod veritas sit conformitas conceptus objectivi in intellectu cum re: 2. quod veritas non sit conformitas conceptus formalis in intellectu, id enim sequi putat Durandus ex priori. Sicut autem prius illud ita absolute & sine exclusione affirmatum non negamus, ut ex seqq. manifestum fiet: ita posteriori hoc nullò modō concedere possumus, cum oppositum eius ex priori manifestò sequatur, quod in seqq. ostendendum erit.

XI. A Durando abeunt plerique Dd., inter quos est Thomas p. I. q. XVI. a. 2. & I. contra Gent. c. LX. Scotus lib. VI. Metaph. q. III. Ferrariensis I. cont. Gent. c. LX. Cajetanus p. I. q. XVI. a. 2. Conimbric. lib. de Interpr. c. I. q. 5. art. 1. Suarez disp. Met. VIII. sect. I. & qui adduci possent, alii plures: hanc & nos sequimur, quantum ad hoc, quod veritas sit conformitas ipsius actus intellectus seu conceptus formalis. Non uno autem modō haec sententia probatur. Conimbricenses l.c. ad autoritatem Aristotelis provocant, quā in re fe-
quuntur

quuntur Albert. M. tr. 2. c. 3. dicit autem Aristoteles l de Interpr. c. 1.
τερπι γαρ τον θεον και ιαπεσιν οτι πι ψευδοτε και τι αιητε. In com-
positione & divisione est veritas & falsitas. Compositione autem
putant hi Autores propriè dici de conceptu intellectus for-
mali. Et in hâc sententiâ videtur etiâ esse Psellus Gracius Aristote-
lis Interpres in comm. in lib. περι εργη. c. 1. cū inquit: εἰδὲ γάρ εἰ τοῖς
αὐτοῖς ή ὀνόμασιν, ἡράκλειον, ή ἀληθείαν τὸ ψευδόναντα μέτα των φασιν, ή δο-
αιρεσις. ή μὴ γάρ συνάπτει τὸ κατηγορήμαν τῷ Στοχαιμέτῳ, καὶ οἷαν
συντίθεται. Εἰδιὰ τεντα ὀνομάζεται σύνθετος. &c. Quod vero secundâ
probationem Conimbricensium attinet, de eâ a liquid mo-
nendum est: Redit autem ratio corum prima hoc: Sive-
ritas est conformitas intellectus & rei, sequitur quod non
possit competere conceptui objectivo, seu rei, ut est conce-
pta; ratio, quia res cognita, si apprehendatur ut in se est, o-
mnino est eadem secum. E. cum re extra intellectum non
habet conformitatem, quia ut docet Thomas qu. 7. de veri-
tate art. 3. ejusdem ad se ipsum non est conformitas, sed i-
dentitas. Verum Conimbricenses hâc ratione sententiam
Durandi non destruunt. Nam ipse Durandus loc. cit. n. 13.
ait, veritatem esse conformitatem ejusd. ad se ipsum, secundum
aliud & aliud esse, scil. esse intellectum & esse reale. Nulla g.
in argumento est consequentia: & , quod probationem
subjunctam concernit, quod inter conceptum objectivum
seu rem, ut cognita est, & rem extra intellectum non sit con-
formitas, sed identitas, respondebitur ab eo, qui Durandi
sententiam defendit, non esse omnimodam identitatem,
cum, teste Durando, res spectetur secundum aliud atque
aliud esse, esse scil. intellectum & esse reale ut res sub hoc esse
spectata representet rem secundum aliud esse consider-
atam, qua ratione non video, quomodo conformitas
collatur.

XII.



XII. Svarez l.c. pro hâc sententiâ plures adfert rationes, ex quibus retinebimus hanc: propositio vocalis seu oratio dicitur vera, quæ veritas non consistit in conformitate rei ut significatę ad seipsum, ut in se existentem, sed in conformitate ipsius vocis significantis seu orationis; Similiter g. in intellectu cum dicitur esse veritas, ea consistet in conformitate ipsius actus cum objecto. Et sane, quomodo veritas in conformitate consistens omni ex parte denegari possit conceptui formalis, plane non video. Formet enim quis in mente suâ hanc positionem: Christus est verus Deus & verus homo: de eâ si quæritur, an dicat id, quod res est, ab orthodoxo & eō qui scripturā sequitur negari non potest: quod si g. dicit quod res est, omnino erit vera, & per consequens veritas dabitur in actu intellectu seu conceptu formalis. Huc tandem accedit, quod hæc sententia ex ipso Durando probari possit: Ipe enim l.c.n. 13. ait: *Veritas est conformitas ad se ipsum secundum aliud & aliud esse, scil. esse intellectum & esse reale.* Vi horum Durandi verborum, veritas consistit in conformitate, quam res ut cognita est habet cum se ipsâ extra intellectum: Jam quero, unde res habeat hoc esse cognitum seu intellectum quod conforme est rei extra intellectum? sane aliunde non habet, quam ab actu intelligendi. E. ratio conformitatis prius competit actu intelligendi, & per consequens actu intellectus seu conceptus formalis rei conformis est & verus.

XIII. Cum g. negari non possit, veritatem esse etiam in conceptu formalis, videndum jam est, quid respondendum sit ad argumenta Durandi. In primò quod §. 7. proponitur, negatur consequentia. Putamus nos, oppositum potius sequi, si enim conformitas in repräsentando præcisè in hoc consistit, quod repräsentans repräsentat rem sic esse, sicut ipsa est, manifestò sequitur, quod veritas

tas non sit tantum conformitas conceptus objectivi, sed etiam conceptus formalis, ratio, quia & hic habet conformitatem in representando cum re. e.g. formet quis in intellectu suo cogitationem seu conceptum formalem, qui exprimitur his verbis: *Solus Deus est aeternus: hic actus aut representat rem, sicut in se est, aut non; si hoc, sequitur, quod sicut hic actus dicit, DEUM esse aeternum, ita Deus in reipsa non sit aeternus, hoc ipsum enim est, actum non representare rem sicut in se est at vero falsum, immo impossibile est, Deum non esse aeternum.* Repräsentat g. hic actus rem sic esse, sicut est: quid ergo obstat, quo minus hic actus seu conceptus formalis dicatur habere conformitatem in representando adeoque veritatem? Vnde, quod ad primam consequentiae probationem attinet, ea planè nihil probatur, presupponit enim conformitatem in representando dari tantum in conceptu objectivo, quod falsum esse jam ostensum, & oppositum monstratum fuit.

6. XIV. Sed Durandus probat, quod tantum ad conceptum objectivum spectet conformitas in representando, cuius verba adscripta sunt §.7. Resp. In ea probatione largimur 1. quod quando dicitur intellectum intelligere sic rem esse sicut est, tò sic & sicut sint notæ conformitatis praedictæ, in quâ formaliter consistit veritas: largimur 2. tò sic & sicut esse conditiones objecti, ut quando objectum sic est cognitum sicut in se est, sit conformitas in representando, quod enim ad hoc attinet, non appareat quomodo rejicienda sit sententia Durandi. Quod autem pergit Durandus; & dicit, tò sic & sicut non esse conditiones ipsius actus intelligendi, id est, quod negamus. Vult quidem Durandus etiam hujus rei reddere rationem, cum inquit: *non enim est sensus, quod actus intelligendi sic se habeat ad intellectum, in quo est subjectivè, sicut se habet res in.*

B reflecta

intelle^ctus ad suum esse reale &c. sed nihil efficit. Ad hoc igitur ut respondeatur, præmittendū est, actū intelle^ctus posse dupli- citer spectari. 1. in ordine ad subjectū, quod ratione suæ natu- ræ postulat, & hoc est intelle^ctus, ad quem actus intelligendi comparatur ut accidens ad subjectum. 2. in ordine ad objectum seu rem, quæ intelligitur, eō ipsō enim quō aliiquid est actus intelle^ctus, respicit id, quod per illum actum intelligitur. Si priori modo spectatur actus intelligendi, largimur, tò sic & sicut non esse conditiones actus intelligendi, ut rectè ait Durandus, nec sub hâc ratione ipsi auctui conformitas, in quâ veritas consistit, tribuitur. At verò non hōc tantū modō, ut à Durando factum, considerari potest actus intelle^ctus, sed etiam, aliō, posteriori scil. modō & in ordine ad objectum, quod quando repræsentat ut in se est, omnino cum eō habet conformitatem, ei que veritas denegari non potest.

XV. In secundo argumento Durandi negatur ma- jor, quæ universaliter vera non est, ut ex dictis constat. Nam licet concedamus, ei, quòd apprehensum est, ut est in se, competere conformitatem in repræsentando seu verita- tem, in hōc tamen, quòd aliquid apprehensum est, ut est in se, veritas non consistit adæquate: seu, quod idem est, non tantū illud verum est, quòd apprehensum est, ut est in se, sed omne illud, quòd cum re habet cōformitatem in repræ- sentando, seu quod rem repræsentat ut est in se, ut ita veri- tas adæquate consistat in conformitate, quâ res repræsen- tur ut est in se, sive iam eam ut in se est, repræsentet con- ceptus objectivus seu formalis, quamvis id per prius for- mali competat. Ex his facilè apparet, quid sentiendum sit de iis, quæ ad majorem confirmandam adferuntur, petitur enim id, quod est in principio, cum non minus id, per quod apprehenditur res, eā possit repræsentare ut in se est, quâm

id

id, quod est apprehensum. Clarius dicam: non minus ac-
tus intellectus seu conceptus formalis rem potest repræ-
sentare ut est in se, quam conceptus objectivus. Tandem
quod Durandus ait, actum intellectus non esse apprehensum,
sed esse ipsam apprehensionem, id omne largimur; at vero
id ipsum pro nostrâ sententiâ facere, obscurum non est. Si e-
nīm id, quod est apprehensum ut in se est, rem, ut in se est,
repræsentat, adeoque veritatem in se habet: per prius ad huc
id, per quod aliquid est apprehensum ut in se est, rem repræ-
sentat, ut in se est: id autem, quod aliquid est apprehensum, est
ipse actus intellectus seu conceptus formalis. E. rem re-
præsentare ut in se est, aliquo modō prius convenit actu
intellectus seu conceptui formalis.

XVI. In tertio Durandi argumento §. 9. allato mo-
nendum primò est, quod in majori propositione termini
sint transpositi, qui si in ordinem rediguntur, erit talis: Quic-
quid significatur per propositionem veram, illud est for-
maliter verum. Jam quando subsumitur: objec-
tum intellectus significatur per propositionem
veram. E. Resp. objectum intellectus dupliciter posse
spectari, 1. ut est conceptum. 2. ut est res aliqua, seu citra
esse conceptum. Si objectum intellectus sumitur sub eâ
ratione, quatenus est conceptum, negatur minor propo-
sitio, cuius negationis ratio inde potest desumi, quia si ob-
jectum sub eâ ratione, quatenus est conceptum, signifi-
catur per propositionem veram, sequitur propositionem
falsam exterius prolatam esse veram, quod absurdum. Ut
consequentia hæc fiat manifesta, sumamus exemplum,
quod utitur B. Stahlius q. Log. 10. §. 21. Si existimans Petrum
esse divitem, cum pauper sit, dixeris Petrus est dives, falsum vo-
ce profers: sed id verum esset, si res ut conceptus significaretur
istò enunciatio, quoniam Petro divitias tuo conceptu tribuis:

B. 2

verba

verba sunt B. Praeceptoris. Patet ergo minorem h. s. non procedere.

XVII. Quod si vero objectum intellectus sumatur non quatenus est cognitum, sed saltim ut est res quædam, negari minor vix potest, negabitur tamen major, cum eam admissam non possit non sequi, veritatem esse formaliter in rebus, quod non tantum ipsi Durando adversatur, cum f. c. §. 14. ait: *Veritas primò modo dicta (vocavit eam veritatem rei) non est veritas formaliter, sed quasi materialiter seu fundamentaliter.* Et c. sed & Aristoteli lib. 6. Met. c. 2. t. 8. cum inquit: οὐ γάρ ἔστι τὸ ψεύδον τὸ ἀληθές εἰ τοῖς αἰσχυνασίαις, οὐν το μὲν αἰσχύλον, αἱρηθὲς: τὸ δὲ κακὸν ψεῦδον: αἱλίαν εἰ διαφορεῖ. id est, Neque enim verum & falsum in rebus sunt, quasi verum sit id, quod bonum, falsum autem id, quod malum, sed in mente & c. Hæc circa tertium Durandi argumentum, quod sententia nostræ repugnat, quatenus in eo Durandus concludit, veritatem esse conditionem objecti intellectus, non vero actus; nam eam esse conditionem objecti (si hoc assertur sine exclusione) negari vix potest: Manet g. firmum & immotum, quod veritas consistat etiam in conformitate conceptus formalis intellectus cum re.

XVIII. Ex his manifestum est, veritatem, quam alias complexam vocant, esse conformitatem conceptus formalis seu actus intellectus; & quamvis conceptui objectivo omni ex parte denegari non possit, certum tamen est, quod conceptui formalis, seu actu intellectus prius competit. Verum insignis hic oritur difficultas, quomodo veritas competit secundæ mentis operationi seu conceptui formalis, vel, quomodo veritas, quæ dicitur conformitas conceptus formalis cum re sit explicanda? Thomas p. I. q. XVI. a. 2. statuit, veritatem peculiariter esse in intellectu, quoad secundam ejus operationem, quæ . intellectus componendo & dividendo cognoscit & dicit verum:

XIX.

XIX. Quænam vero sit mens Thomæ, non convenit, & sicut plures plura eaque diversa hâc de rescripserunt, ita omnes, fatente etiam Vazquezio in h.l. Thomam in suam senteniam perirahere contendunt. Cajetanus d. I. prolixus est in explicandô textu Thomæ, & quatuor notanda esse dicit: I. quod aliud est loqui de intellectu in actu secundò, & aliud, de intellectu quatenus est cognoscens, & simili- ter aliud esse, ait, de veritate illius, aliud, de veritate istius, & concludit, hîc, quando in definitione veritatis mentio fit *Intellectus*, intelligi intellectum ut est cognoscens: quia autem ejus forma & perfectio est similitudo cogniti, ideo 2. præmittit, quod similitudo rei cognite duplicitate sumatur (1) pro specie intelligibili seu sensibili simplici, id est, per modum incomplexi representantis. (2) pro specie representativa cogniti ut sic, seu complexe, seu incomplexè, quicquid sit illa &c. Dicit similitudinem cogniti h.l. non sumi primò, sed secundò modò, ut sensus literæ sit, quod similitudo attachata à cognitione sit propria forma & perfectio intellectus, ut cognoscens est; addit: illa cognitio quæ sui ipsius conformitatem cum re cognoscit, cognoscit verum. (3.) notat, quod cognoscere conformitatem sui ad cognitum, contingat duplicitate 1. in actu signato, 2. in actu exercitò. Cognoscere conformitatem in actu signato, juxta Caj. est, cognitionem terminari ad relationem conformitatis: cognoscere autem conformitatem in actu exercito est cognoscere aliquid in se, ut conforme cognitò. Quando g. dicit, quod illa cognitio, quæ sui ipsius conformitatem cum re cognoscit, cognoscat verum, id non vult intelligi de cognitione conformitatis in actu signatò, sed in actu exercitò. Nam paulò post inquit: cognoscere g. conformitatem sui ad rem, nihil aliud est, quam cognoscere aliquid in se ut conforme rei, hoc autem nihil aliud est, quam apprehendere complexum aliquid, apprehendendo enim by homo est, apprehendo aliquid ut conforme. &c. (4.) tandem, ex his patere inquit, quod veritas sit conformitas intellectus & rei, ubi addit 1. quod conformitas intellectus ad rem in intellectu

inveniatur dupliciter, 1. per accidens 2. per se, & dicit, quod in definitione veritatis intelligatur intellectus, cui per se convenit conformitas. Est intellectus componens. Hæc Cajetanus circa textum Thomæ cit.

XX. Ordine verba Cajetani considerabimus. Quod igitur i. distinguit Cajetanum inter intellectum in actu secundum & intellectum ut est cognoscens, de eō, an rectè fiat, nihil monemus sed acceptamus, quod in definitione veritatis intelligatur intellectus ut est cognoscens. Supra enim dictum fuit, veritatem non esse conformitatem inter ipsam intellectus substantiam & rem, nec tantum inter conceptum objectivum, ut contendit Durandus, sed inter intellectus cōceptum formalem seu actum ad rem, quod à parte rei aliud nihil est, quam veritatem esse conformitatem inter intellectum ut cognoscens est & rem ipsam. At verò cum intellectus, ut cognoscens est, ordinem dicat ad aliquid ut cognitum, quæstio est, quodnam illud sit? Cajetanus respondet esse ipsam veritatem, ut cognita est. Ita enim l. c. verba ejus habent: ad veritatem intellectus, ut cognoscens est, exigitur, ut veritas sit in eō, ut est cognoscens, hoc autem non est nisi sit in eō, ut cognita. Verum si ea est Cajetani sententia, quam hæc verba gignunt, non video, quomodo ea stare possit. Aut enim per veritatem cognitam intelligit Cajetanus conformitatem simplicis conceptus cum re, quam repræsentat; aut intelligit conformitatem propositionis mentalis: Quamcunque tandem intelligat, non video, quomodo ejus sententia & explicatio possit salvare.

XXI. Sine quoconque enim intellectus cognoscens (vel componens, de hoc enim quæstio est) potest habere conformitatem cum re, id ad veritatem non requiritur: Atque sine veritate tum quæ ad primam, tum quæ ad secundam,

dam, mentis operationem spectat, ut cognita intellectus cognoscens vel componens potest habere conformitatem cum re. E. veritas tum quæ ad primam, tum quæ ad secundam mentis operationem spectat, ut cognita ad veritatem non requiritur: adeoque intellectui componenti competit veritas sine veritate ut cognitâ, Major est manifestæ veritatis; cum enim veritas consistat in conformitate intellectus cum re, patet id, sine quô talis conformitas intellectui potest competere, non requiri ad veritatem. Minorem quod concernit, quod intellectus habere possit conformitatem cum re sine veritate, ut cognitâ, quæ juxta quosdain in primâ mentis operatione datur, & est conformitas conceptus simplicis cum re, facile apparet, cum enim v.g. in intellectu formatur propositio, hominem esse animal, intellectus formans talem propositionem præcisè dicitur habere conformitatem cum re, non quia conformitatem simplicis conceptus cum re animalis scilicet cum homine cognoscit, sed quia quæ in re ipsa & extra intellectum sunt unum, componuntur &c. quam sententiam omnino puto esse ipsorum Græcorum Interpp. quando Aristoteles verba lib. de. Interp. c. i. §. 5. οὐδὲ γάρ σύνθετον καὶ διαιρέσιν ἔχει τὸ φεῦδις περὶ τὰ αἴτην θεοὺς &c. explicant. Ita enim Ammonius in d. l. δεῖ τὴν σύνθετον, η̄ τὴν διαιρέσιν ϕωτικήν εἶναι, ταπέσι δηλωτικήν έχει τὸ αἴτην ϕωτικόν, η̄ μὴ ϕωτικόν &c. Vult Ammonius, compositionem & divisionem, quæ vera vel falsa, debere manifestare alterum alteri inesse vel nō inesse, quod sit quæ ea, quæ in re idem sunt, componuntur, quæ non sunt idem dividuntur: ne verbō autem mentionem facit, quod intellectus debeat cognoscere simplicis conceptus conformitatem cum re: similiter Pscellus: εἰς τὸ ϕωτικόν έρμην. c. l. η̄ μὲν (σύνθετος) οὐνάπτει τὸ πατηγορέματον τῷ ϕωτικού μέρει καὶ οὐν τὸν συντίθητον, καὶ διὰ ταῦτα ἴνομαζει τὸ σύνθετος, η̄ τὸ διὰ τῆς περιφερέστατης τὸ δημητικόν μορίον.

μορίς τε παραπέμψει τῷ πίνακι, οὐτοχιζὲ καὶ Διάρρη, καὶ οὐτὸν
καλεῖ) Διάρρης &c. quibus vult Psellus, intellectum com-
ponentem componere prædicatum cum subjecto ; di-
vidente illud à subjectō dividere, seu ea, quæ extra intel-
lectum sunt idem, conjungere, quæ non sunt idem, disjunge-
re; ejus autem, quod intellectus debeat cognoscere confor-
mitatem simplicis conceptus cum re , nullam facit men-
tionem.

XXII. Quod etiam intellectus componens ac di-
videns possit habere conformitatem cum re sine *veritate*,
complexâ, ut *cognitâ*, clarum esse puto, ut nullâ opus sit de-
monstratlonē: si enim intellectus talem format propositi-
onem: *Sol est major terrâ*, propositio vera est, licet non co-
gnoscatur, eā rei esse conformē; quod clarius patet his ex-
emplis Numer⁹ stellarū est par: numerus stellarū est impar,
altera harū propositionū est vera: at vera non est, quia intel-
lect⁹ eam ut conformem rei cognoscit, cum neutrīus con-
formitas intellectui sit cognita. Eadē ratio est in aliis. Ex his
liquidum est, quid de secundō, quod Cajet. notari vult, sen-
tiendum sit, præsupponit enim, quod veritas consistat in
hoc, quod intellectus sui conformitatem ad rem cognoscit,
quod, non procedere modo diximus.

XXIII. Tertium quod concernit, ubi distinguit Ca-
jetanus inter cognitionem veritatis in actu signato &
in actu exercito , distinctionem admittimus quidem
sed ad præsensea nihil facit. Verum est , ad hoc, ut in-
tellectui competat veritas, non requiri , ut veritatem
in actu signatō, hoc est, ipsam rationem formalem veri-
tatis, cognoscat : sed ad hoc, ut intellectui componen-
ti vel dividenti competat veritas, nequè id requiritur , ut
cognoscat veritatem in actu exercitō, h. e. ut cognoscat
sui conformitatem ad rem, cœu modō ostensum fuit. De
quarto

quarto nulla est difficultas, concedimus, quod, quando dicitur, veritatem esse conformitatem intellectus & rei, sermonem esse de intellectu, cui per se convenit conformitas: at vero neque hoc quicquam facit ad rem; licet vel maximè concedatur, intellectui componenti per se competere conformitatem, per hoc tamen non probatur, ad veritatem, quæ in conformitate intellectus cum re consistit, requiri, ut intellectus sui conformitatem cum re cognoscat; rei enim conformis est ratione conceptus sui, quando ea, quæ à parte rei idem sunt, componit, vel, quæ non sunt idem, dividit, quod sit sine cognitione conformitatis.

ibid. XXIV. Vol. i. Svarez disp: Mer: VII. Sect. IV. n. 18. mentionem Thomæ explicaturus, ex Cajetano præmittit, quod intellectus componens vel dividens cognoscat veritatem non in actu signatō, hoc est, ipsam veritatis rationem formalē; sed in actu exercitō, quod explicat his verbis: *Quando mente unum de aliō affirmamus, quamvis præcipue intendamus rem de re affirmare, id tamen non facimus nisi per conceptus quatenus naturaliter nobis representant res.* Atq. hinc fit, ut dum componimus unam rem conceptam cum aliā, vel cum ipsam alio modo concepta, comparando rem ipsam simul in actu exercitō comparemus conceptum nostrum, ut representantem illam rem, v.g. quando intellectus componendo dicit, hominem esse albū, formaliter & directè cognoscit identitatem vel conjunctionem, quam album habet cum homine, simul tamen in exercitō ipso cognoscit conceptū albi aliquo modo continere sub se hominem & representare illum, & consequenter esse illi aliquo modo conformem &c. Hæc Svarez. Vid. d. l.

XXV. Hisce Svarez describit, quomodo juxta mentem Thomæ, quam approbat Svarez, veritas sit in secundâ mentis operatione, seu in intellectu componente & dividente, nempe cum intellectus ea, quæ à parte rei idem

C sunt,

funt, componit; eorum identitatem cognoscit; simul tandem cognoscit conceptum simplicem rei esse conformem; & quatenus hanc conformitatem cognoscit, veritas ipsi inesse & competere dicitur.

XXVI. At vero quid de Thomae sententiâ & hac Svarazii explicatione sit sentiendum, ex iis liquet, quæ circa senteniam Cajetani allata sunt: Cum enim sine eo, seu non considerato eo, quod intellectus conformitatem conceptus sui cum recognoscit, in intellectu componente & dividente sit veritas manifestum est, quod cognoscere conformitatem conceptus cum re non requiratur ad hoc, ut in intellectu sit veritas: quod autem sine cognitione modo dicta conformitatis, seu eâ non consideratâ intellectui competit veritas, inde perspicuum est, quando intellectus format, propositionum v.g. *DEUS est Justus*, veritas præcisè consistit in hoc, quod intellectus ea quæ à parte rei idem sunt, DEUM nempe & justum componit, non considerato quod intellectus conformitatem, quam conceptus justi habet ad DEUM, cognoscat: imò licet Svarazio demus, intellectum cognoscere conformitatem, quam conceptus justi habet cum DEO, in eâ tamen cognitione nec veritas consistit, neque ea ad hoc, ut veritas intellectui competit, requiritur. Idem dicendum est de cognitione disformitatis in divisione seu intellectu dividente.

XXVII. *Franciscus Ferrarensis comment. in lib. 1. cont.*
Gent. r. 59. (ubi à Thomâ asseritur, veritatem, quæ secundum Philosophum solum circa compositionem & divisionem intellectus est, ab intellectu divino non plenè excludi) ita scribit: Licet intellectus divinus non componat aut dividat, non tamen ab eo veritas excluditur, quæ secundum Philosophum solum circa compositionem & divisionem intellectus est: Et probatur primo, divinus intellectus non solum quidditates, sed eti-

am enunciationes cognoscit: E. quod intellectus divinus intelli-
gendo dicit, est compositio & divisio. E. non excluditur veritas ab
intellectu divinō. Et paulo pōst inquit intellectum esse verum,
tq. cognoscentem verum.

XXVIII. Hęc probare videntur. Ferrariensem in cā esse
sententiā, quòd tunc veritas intellectui competit, quando com-
positionem seu propositionem cognoscit, cum à divinō intel-
lectu excludendam esse neget veritatem, quę est circa compo-
sitionem & divisionem intellectūs, ideo, quia Deus propositionem
seu compositionem cognoscit, consistet g. veritas juxta hanc
sententiam in eō, quòd intellectus cognoscit compositionem
seu propositionem; de quā sententiā quid sentiendum, ex supe-
rioribus liquet. Autenim intelligitur compositio seu propo-
sitio extra intellectum aut in intellectu formata: Si extra intelle-
ctum, hanc sententiam falsam esse, vel cōcō videt; si enim intelle-
ctui non inest veritas, nisi cognoscat propositionē extra intellectū
formatā, sequitur, intellectui, quando nullā præsuppositā propo-
sitione ex terius formatā identitatem inter lineam & quantitatē
cognoscit, seu hanc propositionem, linea est quantitas, format, nō
inesse veritatem, quod consequens ab surdum esse, nemo non in-
telligit. Si verò intelligitur compositio seu propositio in ipsō in-
tellectu, ut intellectui tunc tribuatur veritas, quando cognoscit
propositionem seu compositionem in ipsō intellectu; quāero an
cōpositio seu propositio illa in intellectu, quę cognosci dicitur,
rei sit conformis, aut non conformis? Si est cōformis, intellectui
competit conformitas, antequam cognoscat illam compo-
sitionem l. propositionem, imò licet vel maximē nunquam cogno-
scat. Si verò compositio illa non est rei conformis, intellectui nō
potest competere veritas ideo, quia falsam istam propositionē
cognoscit, cum juxta sententiam modō adductam, intellectus
dicatur verus, non à cognitione cuiusvis compositionis, sed à
cognitione compositionis veræ.

XXIX. Verūm sententiā mutāsse videtur Ferrariensis: infra enim
līt. F. & G. ait: Intellectus componendo cognoscit, & judicat se esse adae-
quatum rēi, quia quod de re incomplexè concepit, rēi ad extra tribuit, &

Sic judicat esse in re, sicut concepit de ipsâ, quod est cognoscere se esse adaequatum rei. Plura videri possunt i.e. Sed h.m. sententia Ferrar. coincidere videtur cum ea, quæ est Suarezii, de qua quid sentiendum sit, supra diximus.

XXX. Stat ergo sententia, in intellectu præcisè tunc esse veritatem, quando conceptus formalis ita rei est conformis, ut ea, quæ à parte rei idem sunt, componat; quæ non idem, dividat.

XXXI. Quid autem talis veritas actui intellectus, qui verus dicitur, addat, aut, quid sit id, quod veritas in intellectu appellatur, controversiæ non caret. *Suarez l.c. scil. II.n.IX. putat, veritatem ultra ipsum actum nihil addere reale & intrinsecum ipsi actui, sed connotare solum objectum ita se habens, sicut per actum representatur.* Aliis placet, quod veritas addat aliquid reale & absolutum in conceptu intellectus. *Ammonius* in ea est sententia, veritatem consistere in relatione, quam sententiam amplectuntur etiam *Durandus l.c. Javellus & alii*: quæ nostra sit sententia ex iis, quæ infrà dicentur, liquidum erit.

XXXII. Quæ hactenus adducta fuerunt, imprimis expllicant, quid sit veritas in abstracto: consequens est, ut progrediamur ad id, quod à veritate denominatur, ex quibus, quid de concreto sentiendum sit, nullo negocio intelligi poterit.

XXXIII. Certum igitur est, à veritate denominari non tantum intellectum, vel potius conceptum ejus, sed etiam res ipsas. Quid autem sit veritas illa, à quâ res ipsæ etiam extra intellectum existentes denominantur, & an sit distincta à veritate, à quâ conceptus intellectus nostri appellationem habet, non ita liquidum est. *Timplerus lib. 2. Met. c. 8. q. 4. vult, veritatem, à quâ res denominantur, esse attributum entis reale, quod etiam ab ipso ente sit realiter distinctum.* Potissima Timpleri ratio, quæ huc spectat, est, quia veritas denominat ens: *Denominans autem realiter differt à denominatio in entibus creatis.*

XXXIV. Verum cum sententia hæc nullius planè sit precii, ideo unico saltem argumento levitatem ejus ostendemus, quod hoc credit: *Quicquid est tale, ut eō præcisō, res maneat vera res, in eō non consistit veritas, à qua res denominatur.* Atqui omne id, quod realiter distinguitur à re, est tale, ut præcisō eō, res maneat

neat vera res: Et in eō, quod realiter āre distinctum est, non consistit veritas, à quā res denominatur. Neq; quicquam ponderis inestratiōni à Timplero allatæ. Nam 1. hic non est quæstio de veritate, à quā præcisè ens creatum denominationem habet, unde incongruē Timplerus adfert rationis loco, quod in entibus creatis denominans à denominatō realiter differat: quæstio n. est de veritate, à quā ens in suā latitudine denominatur. Sed 2. neq; illud uerum est, quod Timplerus ait, id, quod denominat ens creatum, semper ab eō differre realiter: annon calor à potentia calefactivā denominatur & dicitur potens calefacere & sed calorem & potentiam calefactivam realiter differre, nemo facile dixerit. Plura non addo.

XXXV. *Aureolus apud Capreolum I. dist. XIIII. q. 3. si Svarezio l. c. sed.*
7. n. 17. credim⁹, existimat, veritatē addere enti, quod ab eō denominatur, quandam negationem, ita scil. ut veritas nihil aliud sit, quam carentia fictionis vel entitas quat. caret fictione. Ut enim *Aureolus apud Capreol. argumentari dicitur, quando concipim⁹ & explicamus veritatem rei, v. g. hoc esse verum aurum, non recurrimus ad exemplaria divina*, neq; ad aliquem alium intellectum, sed per negationem id declaramus, dicimus enim verum aurum, quod non est fictum vel apparet tantum, seu quod habet propriam auri naturam. Addit *Svarez*: *Unde hæc veritas magis videtur explicanda per principia intrinseca rei, ut verus homo dicatur, quia essentialibus principiis hominis constat.*

XXXVI. Verūm si sententia jam allata eō, quō à *Svarezio* proponitur, modō, sumitur, non video, quomodo ea contradictionem effugere possit. Nam primò dicitur veritatem consistere in negatione fictionis, ut illares dicatur vera res, quæ nō est ficta: statim autem subjungitur, veritatem consistere in hoc, quod aliquid habeat principia intrinseca, quod sanè non est negatio, sed ratio positiva: quis enim dixerit, hominem ex principiis corpore scil. & animā constare, esse negationem. Dicit ergo hæc sententia, veritatem consistere in negatione & non consistere in negatione, quæ contradic̄tio satis manifesta est. Deinde non video, quomodo veritatis ratio formalis explicari possit per interna principia, nisi quis admittere velit progresum in infini-

tum: nam illa principia, ex quibus res constare dicitur, erunt veraentia, ergo & ipsa constabunt ex suis principiis, de quibus eadem quæstio redit. Unde porrò huc accedit, quod multæ res dentur, quæ nulla plane agnoscunt principia, à veritate tamen. denominantur & dicuntur veræ res, ubi sane dici nequit, tales res ex principiis essentialibus constare. Neq; tandem illud verum est, quod dum veritatem, à quâ res denominantur, declarare volimus, recurramus ad negationem, & dicamus, eam non esse fictâ, sed potius ad eius definitionem recurrimus, & quia definitio v. g. auri alicui convenit, illud verum aurum esse pronunciamus.

XXXVII. *Fonseca lib. 4. Met. c. 2. q. 6. sedl. 1.* existimat, verum addere enti solam relationem rationis, eamq; solam formaliter significare. Verum neq; hæc sententia admitti potest, ut fusiū ostendit *B. Stahlius*, *Præceptor meus dilectissimus in Instit. Met. c. 36.*

XXXVIII. *Svarez disp. Met. VIII.* in præm triplicem ponit veritatem, 1. in significando. 2. in cognoscendo. 3. in essendo. Primam reperiri dicit in vocibus, vel etiam scripturis, ut & conceptibus non ultimatis: secundam in intellectu cognoscente res: Tertiam in rebus ipsis, quæ ab illâ denominantur veræ. Verum hæc in re Svarez sibi non satis videtur constare. Nam infra *sedl. 7. n. 25.* ait: veritatem transcendentalē significare entitatem rei connotando cognitionem seu conceptum intellectus &c. & *n. 27.* laudat verba *Thomæ l. i. contr. Genz. c. 60.* ubi declarat definitionem *Averroës*: *veritas rei est proprietas esse unius enjusq; rei, quod sibi ipsum est ei,* addit, *in quantum talis res natura est facere de se veram estimationem.* Et de suo addit *Svarez*: *Omne ens reale natum est facere de se veram estimationem.* Hinc contra *Svarezium* neci potest tale argumentum: Quicquid est in intellectu, id non est in rebus extra intellectum existentibus. Atqui veritas, à quâ res denominationem habent, est in intellectu, E. veritas, à quâ res denominationem habent, non est in rebus extra intellectum existentibus. De maiore dubitari non potest. Minor est ipsi *Svarezii*. Si ergo veritas, à quâ res ipsæ denominantur, est in intellectu, quo jure *Svarez* aliam veritatem dicit esse in intellectu, aliam in rebus, cum res ab illâ veritate, quæ est in intellectu, denominationem habeant, veritas g. quam *Svarez* vocat in essendo, diversa non erit ab eâ, quâ vocat

vocat veritatem in cognoscendo. Neq; exinde multiplicanda est veritas, quia diversa sunt illa, quæ ab eâ denominationem habet? Annon enim ab intellectione res intellecta denominatur & ipse intellectus? nec tamen multiplicatur intellectio, ut alia dicatur esse in re intellectâ, alia verò in intellectu. Annon à sanitate denominatur animal & dicitur sanum, annon ab eâdem denominatur medicamentum, & urina? nec tamen triplex statim admittenda est sanitas, ut prima sit in animali, secunda in medicamento, & tertia in urinâ, sed una est sanitas, à quâ animal formaliter, intrinsecè & primariò dicitur sanum, medicamentum effectivè, urina significativè.

XXXIX. Ab eâdem igitur veritate, quæ est in intellectu, denominari putamus & intellectum seu conceptum ejus, & rem ipsam. Antequam autem dicamus, quomodo conceptus intellectus à veritate denominetur, præmittimus, quid veritas conceptui intellectus addat: & i. quidem existimamus veritatem conceptui intellectus addere aliquid reale, quod nullo negotiō ostendi potest h.m. Quicquid intellectus conceptui competit contra mentis operationem, illud est reale. Atqui id, quod veritas addit intellectus conceptui, competit eidem contra mentis operationem, E. est reale quid. Major est certa: Minor lux accedit ex seqq.

XL. Id autem, quod veritas conceptui nostri intellectus addit, videtur in hoc consistere, quod objectum ita se habet, sicut cognitum, & per conceptum intellectus formalem representatum est. Ad duo hic putamus respectum esse habendum, 1. ad veritatem quid ipsa in suâ ratione formalis importet: 2. ad ipsum conceptum formalem: Sicut autem conceptui veritas non competit, quando objectum aliter se habet, quam fuit cognitum & representatum: ita veritas conceptui competit, quando objectum ita se habet, sicut fuit cognitum & per conceptum intellectus representatum: ex quo manifestum est, ad veritatis rationem formalem requiri, ut objectum ita se habeat, ut cognitum est: sicut autem ad veritatis rationem formalem hoc pertinet: ita in conceptu id non includitur. Quia igitur objectum se habere ita, ut cognitum & representatum est, pertinet ad veritatis rationem formalem,

formalem, in ipso autem conceptu non includitur, liquidum est, veritatem hoc addere conceptui.

XLI. Obscurum jam non est, quomodo intellectus à veritate denominetur; id quod pluribus ostendemus, si paucis dictum fuerit, quotplex sit denominatio. Communiter duplex statuitur denominatio 1. intrinseca, quando scil. forma, à qua res appellationē accipit, est in re ipsā, quæ ab illā formā denominatur, sicut à calore denominatur ignis, cum calor sit in ipso igne. 2. extrinseca, quando forma, à qua res denominatur, est extrinsecum, quæ denominatur, ut cum lapis dicitur videri, est extrinseca denominatio, cum visio sit extra lapidem. Quoad hoc igitur, quod modò diximus in ratione formalis veritatis involvi, à veritate putamus intellectum seu conceptum intellectus denominari extrinsecè, quod ostendere non est difficile. Nam à quo conceptus intellectus denominatur, ut tamen id sit extra conceptū, ab eō conceptus denominatur extrinsecè. Atqui ab eō, quod objectum ita se habet, prout ab intellectu est cognitum & representatum, intellectus denominatur ita, ut hoc sit extra intellectum. E. ab eō intellectus vel conceptus ejus denominatur extrinsecè. Neutra præmissarum probationem requirit.

XLII. Neverò quis existimet, nos statuere, à veritate conceptum intellectus denominari tantum extrinsecè, aut etiam veritatem hōc absolvī, quod objectum ita se habet, ut cognitum est, ideo porrò addimus, ad veritatis rationem formalem requiri ipsam etiam representationē obiecti, quam dicimus esse in ipso conceptū, ut ita conceptus intellectus nostri à veritate quoad alterum hōc denominetur *intrinsecè*, cum representationē non in aliō, quam in ipso conceptu intellectus detur. Nec est, quod quis dicat, h. m. intellectum vel conceptum eius *intrinsecè* & *extrinsecè* à veritate denominari, quod est absurdum. Nam absurdum non esse videtur, si dicatur, dari denominationem, quæ partim sit *intrinseca*, partim *extrinseca*. Consideremus exempli loco relationem, quæ formaliter importat aliquid partim *intrinsecum* subiecto, partim *extrinsecum*, nempe terminū, sicut v. g. cum Paulus similis dicitur Petro quia uterq; pallidus est, similitudō denotat aliquid in Paulo, & extra Paulum, nempe Petrum, cui similis

milis dicitur Paulus. Quatenus igitur hæc relatio includit intrinsecum quid subiecto, eatenq; subiectum ab eâ intrinsecè denominatur: quat. verò sumitur prout includit extrinsecum nō im per terminum, eatenus ab eâ subiectum extrinsecè, adeoq; ab unâ relatione partim intrinsecè, partim extrinsecè determinatur. Idem fit in conceptu, qui à veritate partim intrinsecè, partim extrinsecè determinatur, qvod ex praecedentibus claram est.

XLIII. Deinde dicimus, conceptum etiam determinari à veritate absolute, ut scil. vox verum de eo prædicetur sine apposita aliâ, formato enim hoc conceptu, homo ist rationalis, rectè dico, eum esse verum.

XLIV. Res ipsas verò qvod concernit, illæ quoque determinantur à veritate in intellectu, adeoque denominatione extrinsecâ: quia quælibet res veram sui cognitionem in intellectu potest terminare vel efficiere. Determinantur etiam ab eâ cum apposito, neque enim dico, aurum Vngaricum esse verum, sed esse verum aurum: nec dico: Petrum esse verum, sed esse verum hominem. Sed de his & aliis, v. g. an veritas competat etiam primæ mentis operacioni, vid. B. Stahlius in Institut. Met. & alibi. Hic esto

Terminus.

Corol-

...tum in intellectu speculativo, ut in ratione cognitionis, et in ratione causae, aut efficientis, aut exemplaris, ut est idea artificis. Et hoc quidem posteriori modo cognitio practica sicut est causa, ita est mensura sui objecti, ut habet rationem effectus ipsius, & ideo ut sic non denominatur propriè vera, sed efficax vel sufficiens ad causandum effectum in suo genere: priori autem modo cognitio practica est vera, unde sub eâ ratione comparatur ad objectum suum, ut mensuratum ad mensuram, quia sub eâ consideratione præcisâ non est causa illius, sed mera cognitio, que ut sic solum est representatio intentionalis objecti, & ideo veritatem habet, quæ illi commensuratur.

Coroll.

Qv. An veritas sit tantum in intellectu speculativo, an vero etiam in practicô?

Suarez disp. Met. VIII. sect. V. n. 3. ita respondet: cognitio practica dupliciter potest comparari ad objectum unò modo in ratione cognitionis, alio modo in ratione cause, aut efficientis, aut exemplaris, ut est idea artificis. Et hoc quidem posteriori modo cognitio practica sicut est causa, ita est mensura sui objecti, ut habet rationem effectus ipsius, & ideo ut sic non denominatur propriè vera, sed efficax vel sufficiens ad causandum effectum in suo genere: priori autem modo cognitio practica est vera, unde sub eâ ratione comparatur ad objectum suum, ut mensuratum ad mensuram, quia sub eâ consideratione præcisâ non est causa illius, sed mera cognitio, que ut sic solum est representatio intentionalis objecti, & ideo veritatem habet, quæ illi commensuratur.


Coroll.

AB:67 13
e,7

ULB Halle
005 949 122

3





Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Green


Red

Yellow

White

Magenta

Black



J. PHILOSOPHICA,
STATE
SEA DENO-
TUR,
E
NO Bechmann
P.P.
o exponit
ARIUS KIRCH-
artzburgico-
s.
osopborum
Jan.
FREYSCHMID.
LVII.

8.